



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1620 usque ad annum 1623

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1777**

**VD18 90118855**

§. 67. Imperii Comitia Ratisbonæ celebrata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67344](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67344)

jurisdictioni *Episcoporum* fuisse deman- Sæc. XVII.  
 data demonstrabat, acriter expoſtu- A. C. 1623.  
 lans, quod inſuperhabitis Conciliorum  
 decretis *Jefuitæ Pragenſes* Eccleſiaſtico  
 Archiepiſcopi juri præjudicent, to-  
 tamque *Academiã* violenter uſurpent, bo-  
 naque illius *ſtabilia* adminiſtrent, & actus  
 publicos ſolemnesque in ea exerçant, in-  
 conſulto penitus *Archiepiſcopo*. Cum au-  
 tem exinde Pontifex cum Cæſare col-  
 lidi timeretur, Cardinales inſtigante  
 Carolo Carafa Apoſtolico in Impera-  
 toris Aula Nuntio, rem ulterius mi-  
 nime urgendam cenſebant.

## LXVII.

*Imperii comitia Ratiſbonæ celebrata.*

Anno Chriſti milleſimo ſexcenteſimo Priorat.  
 vigefimo tertio die ſeptima Janua- Hift. Ferd. II.  
 ri Ferdinandus II. Cæſar Ratiſbonæ p. I. pag. 71.  
 comitiis a ſe indiſtis initium fecit. Lotich. Rev.  
 Intererant Coloniensis & Moguntinus Germ. l. 12.  
 Electores, Trevirensis vero gravi in- cap. 5.  
 firmitate detentus Legatum ſuum eo Meteran.  
 decreverat; pariter per Oratores ſuos, Hift. Belg.  
 qui duntaxat *audire & referre* jubeban- lib. 43.  
 tur, adfuere Saxo & Brandeburgicus, Carafa  
 ambo Palatini Electorum transferri, comm. de  
 & Prædicantes Praga expelli indignan- Germ. reſ.  
 tes: Eandem abſentiæ cauſſam Pome- pag. 141.  
 ranus, Brunsvicenis, & Mechelbur-  
 genſis

Sæc. XVII. A. C. 1623. gensis Duces obtendebant. Conven-  
 rant autem Wolfgangus Neoburgi, &  
 Maximilianus Bavarix Duces, Julius  
 Franciscus, & Rudolphus Duces Sa-  
 xoniæ, Christianus Anhaltinus Dux,  
 Ludovicus Hassiæ Landgravius, Her-  
 bipolensis & Salisburgensis Episcopi,  
 necnon plurium Principum Legati, ac  
 Consilarii. Præsentibus his omnibus  
 Cæsar per Joannem Ludovicum de  
 Ulm Imperii Pro-Cancellarium hujus  
 Conventus causas exposuit, fusiusque  
 enarravit, quod nonnulli antehac Im-  
 perii comitia, eorumque decreta, Cæ-  
 sareasque decisiones labefactare, Spi-  
 rense Judicium sufflaminare, ipsam-  
 que Aulici Dicasterii jurisdictionem in  
 dubium vocare, necnon sub ementito  
 Religionis obtentu aliena invadere,  
 seditiones concitare, per falsas cavil-  
 lationes datam fidem frangere, regna  
 usurpare, & fœdera cum Turcarum  
 clientibus inire ausi fuerint, insuper-  
 habitis Electoralis Collegii monitis.  
 Hæc Protestantium consilia ac moli-  
 mina ex Anhaltinæ Cancellariæ Co-  
 dicillis plene probari, eaque a Fride-  
 rico Palatino fuisse fabricata, affirma-  
 bat Imperator. Postea longa serie  
 cuncta, quibus idem Fridericus reum  
 se fecisset, læsæ Majestatis crimina  
 enarrans, declarabat, quod toties  
 frustra

frustra admonitum, justissime proscri- Sæc. XVII.  
 ptum, pertinaciter rebellem, atque A. C. 1623.  
 in vituperium Imperatoris & Imperii  
 Principum cum ipsis Turcis foedere  
 junctum, & propterea Electoralis di-  
 gnitatis indignum punire decrevisset,  
 proin ex plenissima ac suprema pote-  
 state sua eandem dignitatem ex lege,  
 ut vocant, *Commissoria* ad se devolu-  
 tam, & nunc vacantem in Maximilia-  
 num Bavarie Ducem toto tumultuum  
 tempore de Imperii salute optime me-  
 ritum transtulisset. Desuper igitur  
 S. R. J. Electores, ac Principes, qui  
 hucusque fidelem operam præstiterunt,  
 pro eorum prudentia, & innato erga  
 Imperium affectu suam sententiam di-  
 cerent, ut firmiter stabilitis Imperii re-  
 bus, hostium consilia, pravaque eo-  
 rum molimina dissipari possent. De-  
 nique Imperator congregatos Principes  
 hortabatur, ut inter se consultarent,  
 qua ratione Hungariæ motus sedari,  
 Batavorum hostilitates reprimi, Cæsa-  
 rei judicii auctoritas redintegrari, gra-  
 vamina sæpius utrinque proposita tolli,  
 rei monetariæ adulteratio eliminari,  
 ac demum Germaniæ pax restitui pos-  
 set. Hasce Cæsaris propositiones die  
 decima Januarii Electores ac Principes  
 mature discusserrant.